



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis  
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum  
Spirituale**

**Blois, Louis de  
Monasterii Campidonensis, 1672**

Cap. I. Quòd hæreses sumani originem ex superbia & inobedientia; & quòd Ecclesiæ (quæ non erat) obtemperandum sit, etiam in his, quæ Scripturarum expresso testimonio comprobari nequeunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

HLDOVICI BLOSI DEFENSIO FIDEI.  
COLLYRII  
HÆRETICORVM  
LIBER PRIOR.

C A P U T I.

Quod hæreses sumant originem ex superbia & inobedientia; & quod Ecclesia (qua non errat) obtemperandum sit, etiam in his que Scripturarum expresso testimonio comprobari negantur.

1. Hæresum omnium origo est superbia & inobedientia.
2. Quibus tamen prætexunt expressa Scriptura auctoritatem.
3. Sed Ecclesia obediendum est, etiam si expresso testimonio Scriptura non probatur: quia est corpus Christi, perpetuus caput sui influentiæ gubernatum.
4. Frivola obiectio hæreticorum de traditionibus humanis.
5. Spiritus sanctus Ecclesia universalis præsidet, sicut spiritus vite toti corpori animato.

1.  
Omnes  
hæreses  
ex super-  
bia ortu  
dissent.

ON aliundè sumunt originem hæreses, quam ex superbia & inobedientia. Hæretici enim suum sensum protervè defendunt, ea quæ adinveniunt obstinata mente sequuntur, decretis Ecclesiæ Apostolicæ ejusque Antistitibus parere nolunt, traditiones & instituta majorum contemnunt.

2.  
Quantu-  
m erroribus  
sunt ve-  
lamenta  
tendit  
en sacra  
Scriptu-  
ra

Et quidem hoc nostro ævo suā ita adumbrant velantq; arrogatiā atque inobedientiam. Multa, inquiunt, præcipit Papistica (sic enim ipsam Romanam Apostolicā; Ecclesiam appellant) quæ nusquam in sacris Litteris jubentur, multa interdicit quæ in illis

non vetantur: nos quod divina Colly-  
Scriptura expressè docet esse ser- rihære  
vandum, servare volumus, à quo torum  
expressè docet esse abstinentiam, Lib. 1.  
abstinerere non recusamus: ceterum  
quod in ea expressum non est, si- berè reiçimus.

Istam eorum excusationem va- 3.  
nam esse, intelliger, quisquis ea Tamen  
quæ dicentur patienter audierit. Ecclesia  
Nam Ecclesia Apostolica nihil etiam de  
absque certa ratione præcipit aut faciente  
interdicit: & quidquid ipsa de- Scriptu-  
cernit esse faciendum aut omit- ra, debo-  
tendum, etiam si id expresso divi- rent.

narum Scripturarum testimonio  
comprobari nequeat, non minori  
religione servari debet, quam si  
eadem sacræ Litteræ illud evi-  
dentissimè præciperent, (quam-  
quam nihil statuit Ecclesia, quod  
non satis confirmetur his Domini  
verbis in Evangelio expressis: Omnia  
quacunque dixerint vobis, ser- Matth.  
vate, & facite. item istis: Qui vos 23.  
audit, me audit.) Et hoc ita esse  
demonstramus. Paulus Apostolus  
pluribus Epistolarum suarum lo- Ephes. 3  
cias asserit, Ecclesiam corpus Christi  
esse, & Christum esse caput Ec- & 4. & 5.  
clesiae. Propterea ita est: Ecclesia cor- Coloff.  
pus Christi mysticum est, & ab eo- 1. & 2.  
dem Christo capite suo omnia Regitur  
quæ veritatis sunt recipit; spiritu enim per-  
capitis sui illuminatur ac regitur. capitiū  
Jam cum necesse sit, ut omnes cre- sui in-  
dant pareantq; scriptis Apostolo- fluentiis.  
rum Pauli, Petri, vel Joannis, qui  
sunt membra Ecclesiæ; quis sanā  
mentem habens dixerit, licitum  
alicui esse non credere & non ob-

Y y 3 tempe-

## HLUDOWICI BLOSII

364

**Colly-  
rii hære-  
ticorum  
Lib. I.**

temperare ipsi universali Eccle-  
siæ? Nam sicut corpus singulis  
membris, ita Ecclesia singulis Apo-  
stolis præstat. Rursum, si unum  
Ecclesiæ membrum Paulus, de  
his quæ ipse præceperat & præci-  
piebat verè dixit, *Qui haec spernit,  
non hominem spernit, sed Deum:*  
*quantò magis Ecclesia universalis  
hoc de suis decretis ac iustis dice-  
re potest?*

**1. Thess.  
4.  
Tradicio-  
ner Eccle-  
siae non  
sunt me-  
rē huma-  
na.**

**Matth.  
15.**

Solent hæretici obijcere locum  
illum Evangelicum, ubi Domi-  
nus ait, *Quare transgredimini  
mandatum Dei propter traditionem  
vestram?* Tales, inquiunt, tradi-  
tiones Papisticæ sunt: traditiones  
enim hominum sunt. Sed planè  
futilis est ista objectio. Neque e-  
nim verbis illis Christus repre-  
hendit omnes traditiones huma-  
nas (alioqui reprehenderet etiam  
traditiones Apostolorum, qui ho-  
mines fuerunt) sed eas duntaxat  
hominum constitutiones & tra-  
ditiones damnat, quæ ad divinū  
cultum nihil conducunt, sed po-  
tiū legi Dei adversantur: quales  
utique nec sunt, nec unquam fue-  
runt, nec erunt traditiones Eccle-  
siæ Catholicæ & Apostolicæ,  
quam docet Spiritus sanctus, jux-  
ta ista Redemptoris verba: *Para-  
cletus Spiritus sanctus vos docebit  
omnia, & suggesteret vobis omnia que-  
cunque dixerit vobis.* Item: *Ego ro-  
gabo Patrem, & alium Paracletum  
dabit vobis, ut maneat vobiscum in  
eternum, Spiritum veritatis.*

**5.  
Præsider  
Ecclesia**

Sicut enim in unoquoque ho-  
míne spiritus toti corpori præst,

cujus arbitrio & instinctu corpus <sup>spiritus</sup>  
ipsum movetur: ita Spiritus san-  
ctus universali Ecclesiæ præsideret  
& ipsam in omnibus dirigit. Ob  
idque Paulus Apostolus eam ap-  
pellat columnam & firmamentum  
veritatis: errare enim nescit in  
his quæ sunt fidei, & quæ ad san-  
ctos mores spectant. Quare, qui  
contradicit Ecclesiæ, contradicit  
Spiritui sancto, contradicit Chri-  
sto Domino: alienus à Deo est,  
profanus est. Hinc ipse Christus de-  
tali homine dicit: *Si Ecclesiam non  
audierit, sit tibi sicut ethimicus & pha-  
bilicamus.*

### CATUT II.

*Quid sit Ecclesia, & quod Concilium  
generale sit universalis Eccle-  
sia, ob idque non erret.*

1. *Primates Ecclesia, & generalia Concilia re-  
præsentant totam Ecclesiam.*

2. *Borum formam & autoritatem ostenderunt*  
Apostoli in suo Concilio Jerusalymitano, Art. 15.

3. *Vetus Ecclesia Iudeorum remittebat dubia de  
religione ad Pontificem suum, Concilium Sacra-  
dotum; non ad plebem aut Magistratum laicorum.*

4. *Concilia generalia non errant: diriguntur  
enim a Spiritu sancto.*

5. *Nec posteriora corrugant priorum lepsiu, quan-  
do alteri statuant; quia alia atas alios habet  
meres, aliq. postulat remedia.*

**E**cclesia est quidem omnium  
fidelium ad Christi corpus at-  
tentantium congregatio: illam ta-  
men repræsentant Prælates eius,  
sicut Prælates alicujus provinciæ  
repræsentant totam Provinciam.  
Nisi enim Præfuges Ecclesiæ ecclæ-  
siam repræsentarent, quando Do-  
minus ait: *Si te non audierit, adhi-  
bere recum adhuc unu vel duos.* Quid  
si non audierit eos, dic Ecclesia; ne-  
cessè esset totum orbem perambu-  
lare.